

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iustini Historiae Philippicae

Iustinus, Marcus Iunianus

Lipsiae, 1830

Liber XXVII

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5322)

LIBER XXVII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Seleucus Callinicus novercam et fratrem infantem interficit.
2. Classe naufragio amissa, civitates amissas recipit: proelio victus aufugit: auxilium noxium a fratre Antiocho Hierace petit, et impetrat.
3. Asiae turbulentus status. In Antiochum Hieracem et Seleucum numinis vindicta.

CAPUT I.

MORTUO Syriae rege Antiocho, quum in locum eius filius 1
 Seleucus successisset, hortante matre Laudice, quae pro-
 hibere debuerat, auspicia regni a parricidio coepit: quip- 2
 pe Beronicen novercam suam, sororem Ptolemaei regis
 Aegypti, cum parvulo fratre ex ea suscepto interficit. Quo 3
 facinore perpetrato et infamiae maculam subiit, et Ptole-
 maei bello se implicuit. Porro Beronice, quum ad se in- 4
 terficiendam missos didicisset, Daphnae se claudit. Ubi 5
 quum obsideri eam cum parvulo filio nuntiatum Asiae ci-
 vitatibus esset, recordatione paternae maiorumque eius di-
 gnitatis, casum tam indignae fortunae miserantes, auxilia
 ei omnes misere. Frater quoque Ptolemaeus periculo so- 6
 roris exterritus, relicto regno, cum omnibus viribus ad-
 volat. Sed Beronice ante adventum auxiliorum, quum 7
 vi expugnari non posset, dolo circumventa trucidatur. In-
 digna res omnibus visa. Itaque quum universae civitates, 8
 quae defecerant, ingentem classem comparassent, repente
 exemplo crudelitatis exterritae, simul et in ultionem eius,

Lib. XXVII.

CAP. I. §. 1. debuerat. S. Zumpt's Gramm. Cap. 77. 2. §. 518.

9 quam defensuri erant, Ptolemaeo se tradunt: qui, nisi in Aegyptum domestica seditione revocatus esset, totum regnum Seleuci occupasset. Tantum vel illi odium parricidale scelus, vel huic favorem indigne preemptae mors sororis attulerat.

- 1 CAP. II. Post discessum Ptolemaei Seleucus quum adversus civitates, quae defecerant, ingentem classem comparasset, repente veluti Diis ipsis parricidium vindicantibus, orta tempestate, classem naufragio amittit: nec quidquam illi ex tanto apparatu, praeter nudum corpus, et spiritum et paucos naufragii comites residuos fortuna fecit.
- 3 Misera quidem res, sed optanda Seleuco fuit: siquidem civitates, quae odio eius ad Ptolemaeum transierant, velut Diis arbitris satisfactum sibi esset, repentina animorum mutatione in naufragii misericordiam versae, imperio se eius restituunt. Laetus igitur malis suis, et damnis ditior
- 5 redditus, veluti par viribus bellum Ptolemaeo infert: sed quasi ad ludibrium tantum fortunae natus esset, nec propter aliud opes regni recepisset, quam ut amitteret, victus proelio, non multo quam post naufragium comitator,

CAP. II. §. 2. *residuos fecit*. Man sollte entweder *residuum*, auf *quidquam* bezogen, oder einen von demselben abhängigen Genitiv *residui* erwarten, wie auch zwei ältere Ausgaben lesen. Allein das Adjectiv schliesst sich hier nach der Attraction an das zunächst stehende Nomen an, und dies darf um so weniger auffällig seyn, da *nec quidquam* nur ein veränderter Ausdruck für *nonnisi* ist. Vergl. Krüger über die Attraction in der lat. Sprache. §. 29. p. 67 seq.

§. 3. *naufragii misericordiam*. Unnöthig ist die Verbesserung zweier Gelehrten, welche *naufragi* schreiben wollten; obschon dieselbe auf den ersten Anblick ansprechen könnte. *Naufragium* steht bisweilen auch so, dass darunter die Schiffbrüchigen selbst zu verstehen sind. Ovid. *Ep. ex Pont.* I, 2, 62: *Mollia naufragiis litora posse dari*. Etwas verschiedener ist die Stelle ebendasselbst II, 9, 9: *Excipe naufragium non duro litore nostrum*. Vergl. *Trist.* V, 9, 18. Ebenso *Ep. ex Pont.* IV, 3, 30: *Naufragio lacrimas eripis ipse tuo*, wo, wie die nachfolgende Stelle, im Vergleich mit der oben zuerst citirten, deutlich lehrt, die einzig richtige Lesart *meo* statt *tuo* wiederherzustellen ist. *Trist.* I, 5, 36:

*Quo magis, o pauci, rebus succurrite lapsis,
Et date naufragio litora tuta meo.*

trepidus Antiochiam confugit. Inde ad Antiochum fratrem literas facit, quibus auxilium eius implorat, oblata ei Asia, intra finem Tauri montis, in praemium latae opis. Antiochus autem quum esset annos quatuordecim natus, supra aetatem regni avidus, occasionem non tam pio animo, quam offerebatur, arripuit; sed latronis more totum fratri eripere cupiens, puer sceleratam virilemque sumit audaciam. Unde *Hierax* est cognominatus: quia non hominis, sed accipitris ritu in alienis eripiendis vitam sectaretur. Interea Ptolemaeus Evergetes quum Antiochum in auxilium Seleuco venire cognovisset, ne cum duobus uno tempore dimicaret, in annos decem cum Seleuco pacem facit: sed pax ab hoste data interpellatur a fratre, qui conducto Gallorum mercenario exercitu, pro auxilio bellum, pro fratre hostem, imploratus exhibuit. In eo proelio virtute Gallorum victor quidem Antiochus fuit: sed Galli, arbitrantes Seleucum in proelio cecidisse, in ipsum Antiochum arma vertere, liberius depopulaturi Asiam, si omnem stirpem regiam exstinxissent. Quod ubi sensit Antiochus, velut a praedonibus, auro se redimit, societatemque cum mercenariis suis iungit.

CAP. III. Interea rex Bithyniae Eumenes, sparsis con- sumptisque fratribus bello intestinae discordiae, quasi va-

§. 6. *inter finem*. Gewöhnlich *fines*; die meisten Handschriften aber verlangen den Singularis. Beide Numeri sind in gleicher Bedeutung gebräuchlich. Liv. XXXIII, 37, 6: *Redeunt inde Ligurum extremo fine incidunt in agmen Romanorum*. Mehrere Beispiele liefern die Interpreten zu Liv. IV, 58, 1. IX, 6, 10. XXXV, 27, 9. XXXVIII, 15, 10.

§. 8. *vitam sectaretur*. Die Ausleger haben bei dieser Stelle ohne Noth Anstoss genommen, und deshalb Aenderungen versucht. Gronov hat *vita* durch *victus* erklärt; dann scheint aber Justin sich zu stark ausgedrückt zu haben, und die Präposition *in* nicht ganz passend zu stehen. Sollte *vita* hier nicht das ganze Leben bezeichnen, welches sich in den Handlungen des Antiochus aussprach? So wie es XI, 10, 2 vom Alexander hiess: *luxuriosa convivia et magnificentiam epularum sectabatur*, so ist auch hier *vitam sectari in alienis eripiendis* zu erklären: *Er jagte, strebte nach einem Leben in fremden Raube; er lebte und webte gleichsam darin.*

cantem Asiae possessionem invasurus, victorem Antio-
 2 chum, Gallosque aggreditur. Nec difficile saucios ad-
 huc ex superiore congressione, integer ipse viribus, su-
 3 perat. Ea namque tempestate omnia bella in exitium
 Asiae gerebantur: uti quisque fortior fuisset, Asiam velut
 4 praedam occupabat. Seleucus et Antiochus fratres bel-
 lum propter Asiam gerebant: Ptolemaeus, rex Aegypti,
 5 sub specie sororiae ultionis Asiae inhiabat. Hinc Bithy-
 nus Eumenes, inde Galli, humiliorum semper mercena-
 ria manus, Asiam depopulabantur: quum interea nemo
 6 defensor Asiae inter tot praedones inveniebatur. Victo

CAP. III. §. 3. *uti quisque fortior fuisset etc.* Statt *ut quisque fortissimus fuisset* — *ita Asiam occupabat*. So steht nämlich gemeiniglich bei der Vergleichung durch *ut — ita* der Superlativ bei *quisque*. Doch finden sich bei einzelnen Schriftstellern mancherlei Abweichungen, und statt des Superlativs bisweilen der Positiv oder der Comparativ, so wie auch *ita* wohl ausgelassen ist. Der Comparativ ist bei dem verallgemeinernden *quisque* eigentlich unrichtig. *Tacit. An. III, 55: Ut quisque opibus, domo, paratu speciosus, per nomen et clientelas illustrior habebatur.* *Columell. VI, 27: Ut quaeque est praestantior, ita ubere campo pascitur.* *Tacit. An. II, 73: Ut quis misericordia in Germanicum et praesumpta suspitione aut favore in Pisonem praeior, diversi interpretabantur.* *IV, 36: Ut quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat.* Ausserdem steht gewöhnlich, wenn nicht andere Gründe den Conjunctiv verlangen, in diesen Vergleichungssätzen der Indicativ; doch kann der Conjunctiv nicht als sprachwidrig angesehen werden. *Liv. XXXIV, 38, 6: ut quisque maxime laboraret locus, aut ipse occurrebat aut aliquos mittebat.*

§. 5. *humiliorum.* *Humilis* ist hier derjenige, welcher in Ansehung der Macht niedrig steht, soviel als *schwach*; und so steht es denn im Gegensatz von *potens*. Vergl. *Vellei. Pat. II, 126, 3: Suspicit potentem humilis, non timet. Antecedit, non contemnit humiliorem potens.* *Caes. B. G. VI, 22: ne potentioris humiliores possessionibus expellant.* *Phaedr. Fab. I, 28, 1: Quamvis sublimes debent humiles metuere.* *Fab. 30, 1: Humiles laborant, ubi potentes dissident.* Ebenso wird das Substantiv *humilitas* gebraucht bei *Caes. B. G. V, 27: id se facile ex humilitate sua probare posse, quod non adeo sit imperitus rerum, ut suis copiis populum Romanum se superare posse confidat.*

nemo defensor. *Nemo* für *nullus*, wie öfter. *Corn. Nep. Att. 19, 2: quod nemo adhuc civis Romanus quivit consequi.* *Liv. XXXVII, 53,*

Antiocho, quum Eumenes maiorem partem Asiae occupasset, ne tunc quidem fratres, perduto praemio, propter quod bellum gerebant, concordare potuerunt: sed, omisso externo hoste, in mutuum exitium bellum reparant. In eo Antiochus denuo victus, multorum dierum 7 fuga fatigatus, tandem ad socerum suum Ariamenem, regem Cappadociae, pervehitur. A quo quum primum 8 benigne exceptus esset, interiectis diebus, cognito quod insidiae sibi pararentur, salutem fuga quaesivit. Igitur 9 quum profugo nusquam tutus locus esset, ad Ptolemaeum hostem, cuius fidem tutiorem quam fratris existimabat, decurrit; memor vel quae facturus fratri esset, vel quae meruisset a fratre. Sed Ptolemaeus non amicior dedito, 10 quam hosti factus, servari eum arcissima custodia iubet. Hinc quoque Antiochus, opera cuiusdam meretricis ad- 11 iutus, quam familiarius noverat, deceptis custodibus elabatur, fugiensque a latronibus interficitur. Seleucus 12 quoque iisdem ferme diebus, amisso regno, equo praecipitatus, finitur. Sic fratres, quasi et germanis casi-

18: Nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit. S. Zumpt's Gram. Cap. 84, 5.

§. 7. *pervehitur*. Nicht *provehitur*, wie gemeiniglich hier gelesen wird. Bei *provehi* wird der Ort *von wo aus*; bei *pervehi* der Ort, *wohin* Jemand sich begiebt, berücksichtigt; welches an unserer Stelle stattfindet.

§. 12. *finitur*. *Finiri* in der Bedeutung *sterben* kommt nicht selten vor; daher nach Bernegger nicht *finit* geändert werden darf. Cic. Tusc. I, 48: *Sic fuit utilius finiri ipsique tibi*. Valer. Max. III, 2, 6 extr.: *suo iudicio finitur*. IX, 12, 4, extr.: *Sed atrocius aliquando Euripides finitus est*. Senec. Ep. 74: *Sive illi senectus longa contigit, sive citra senectutem finitus est*. Vergl. Ruhnken zu Vellei. Pat. II, 123. p. 472.

quasi et germanis casibus. Ich habe mich kaum enthalten können des Bongarsius treffliche Vermuthung *germani* in den Text zu nehmen; bei der gewöhnlichen Lesart hat *quasi* et durchaus keine passende Anwendung und *et* müsste wenigstens wegfallen. Ebenso heisst es bei Cic. Fin. V, 1, 1: *L. Cicero, frater noster, cognatione patruelis, amore germanus*. Die Lesart, *germanis* konnte um so leichter entstehen, je häufiger der Fall ist, dass von den Abschreibern Wörter, die neben

bus exsules ambo, post regna, scelerum suorum poenas luerunt.

einander standen und der Construction nach in der Form verschieden waren, in gleichem Genere, Numero und Casu gesetzt wurden; wie bei Liv. VI, 4, 4: *agerque iis novis civibus adsignatus*, wo in den Handschriften auch *adsignatis* gelesen wird. Auch im Iustin fehlt es an dergleichen Fehlern nicht; um nur ein Beispiel aus der grossen Menge anzuführen, vergl. man XXVIII, 4, 2: *pro vetere Macedonum gloria*, wo in sehr vielen Handschriften *veterum* geschrieben wird. Eine grosse Anzahl Stellen, welche diesen Irrthum der Abschreiber beweisen, hat Drakenb. zu Liv. VI, 3, 8 gesammelt.